



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod malefici daemone operante possunt suis maleficiis & incantationibus veraciter homines l[a]edere: agros & fructus eoru[m] deuastare. & in quibus d[a]lemones possunt homines specialiter l[a]edere ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATVS

ob facinorū magnitudinem : hi elemen-  
ta concutiūt : & turbant mentes homi-  
num & sine ullo veneni ausu violentia  
tamen carminis interimunt.

Quod malefici dæmone operante  
possunt suis maleficiis & incantationi-  
bus veraciter homines ledere : agros &  
fructus eorū deuastare. & in quibus  
dæmones possunt homines  
specialiter ledere Deo  
permittente.

**P**ro cuius maiori declaratione no-  
tandum . Primo utrum malefici  
possint veraciter suis malificiis &  
incantationibus homines ledere, agros  
& fructus eorū deuastare & si sic, quibus  
modis . Ad quam questionem respon-  
dent doctores theologi : quod malefici  
omnibus istis modis possunt procurare  
lesiones in hominibus & eorū rebus co-  
operante dæmone . In quibus potest dæ-

mon solū lēdere & decipere principaliter : & malefici instrumentaliter vel ministerialiter : quia vt dicit sanctus Thomas in. iiii. di. xxxiiii. ar. iii. maleficia vere sūt à dēmonibus non apparenter : tamen & qui inducūt eos ad hoc malefici vocantur . Possunt enim dēmones Deo permittente grauiter homines lēdere : & hoc quintupliciter vt dicit magister Iohannes nider in suo p̄ceptorio. p̄cepto primo. c. xi. videlicet in rebus: fama : corpore : vſu rationis : & vita . De rebus patet Job. i. & ii. Cui pecora domū abstulit & liberos . De fama patet in legenda beati Hieronimi originaliter. iii. parte epistolarū. tractatu. xv. epistola. lxxxvi. ca. iii. quod diabolus se transformat in formam sancti Siluani episcopi in nazareth amatoris sancti Hieronymi . Qui dēmon feminam nobilem nocte in lecto precari & prouocare cepit ad luxuriam verbis & inde factis sollicitauit ad malum quę cum clamaret dēmon in

## TRACTATVS

specie episcopi : statim sub lecto se ab-  
scondit vbi requisitus inuentus per luxu-  
riosa verba se mentitus est esse episco-  
pum Siluanum : in crastinum autem san-  
ctus vir dispidente diabolo diffamatus  
est grauissime quia infamia tandem circa  
sepulchrum sancti Hieronymi fatente di-  
abolo in possessio corpore purgatus est.  
De corpore patet in beato Job : qui per-  
cussus est a diabolo vlcere pessimo. Job. ii  
De nocumento usus rationis & vexatio-  
ne interiorum sensuum : patet in posses-  
sionis & arreptis per Euangelicas etiam hi-  
storias . De morte & quod vita etiam  
quosdam priuet : patet Tobie, ii. de sep-  
tem viris virginis sare occisis propter  
luxuriosum & effrenem appetitum in  
virginem Saram qui eiusdem non  
erant digni matrimonio .

Hec nider : sed quibus  
modis ledant .